

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG\_0111

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

infulis vocatur *Yanele* h. e. *Canari Lain*, ac si spurium *Canarium* dicerent.

*Locus.* Non occurrunt circa hominum aedes vel in ipsorum hortis, sed in montibus crescunt remotis, altisque silvis, inque omnibus infulis Amboinensibus inveniuntur, & notæ sunt hæ arbores.

*Ufus.* Fructus hi ab hominibus non æstimantur, quum nimis magno constant labore, ut aperiantur, & ut nucleus eruatur, qui insuper adeo pusillus est. Ex delectamento tantum eduntur, si in silvis inveniuntur ac forte fortuna sese obferant, reliqua portio apris inservit, qui hosce fructus admodum expetunt ob nucleorum dulcedinem. Quidam hos colligunt fructus, quibus sues saginant domi.

*Nigra Dammar* seu resina ex inferiore trunci parte exstillans *Dammar Itam Cring* dicta, h. e. *Dammara nigra friabilis*, ubi magna invenitur & colligi potest copia, facibus inservit, five sola, five aliis *Dammari* nigris mixta, quum melius etiam flammam concipiat, licet jucundior spiret odorem vulgari *Dammara nigra*.

Trunci malis quoque inserviunt, uti aliorum *Canariorum*, sed non ita frequenter, quum rarius inveniuntur, ac difficile sit illos ex remotis altisque petere montibus.

### Tabula Quadragesima Nona

Ramum exhibet *Canarii silvestris secundi*, quod *Nanarium* vocatur, ubi Litt. A A. officula ejus seminalia denotant.

### OBSERVATIO.

*Canarii species a Valent. in Amboinae descript. pag. 212. recensentur.*

### CAPUT QUARTUM.

#### *Canarium Odoriferum. Camacoan.*

**L**icet omnes *Canarii species* odoriferam exfudent refinam vel lachrymas, huic tamen proprie odoriferæ cognominationem tribuere volui, quum ejus resina, ac præcipue lachryma inter omnes *Canarii species* jucundissimi sit odoris. *Silvestris* penitus ac rara *Canarii species* est, quæ raro occurrit, nec nisi hinc inde una alterave invenitur arbor in montibus silvestribus.

Hæc species plurimas habet varietates, quas ad binas has reducam species, glabram nempe & rugosam.

Primo itaque *Canarium Odoriferum leve*, Belgice gladdæ of witte *Canacoan*, multo altiore & majorem gerit truncum quam proxime antecedens, qui tam crassus est, ut duo vix viri illum ulnis amplecti possint, cujus cortex est gilvus, seu squallide albicans, glaber, sed quibusdam punctis notatus, unde rugosus apparet. Ejus rami sunt nodosi, fragilesque, inque superiore partem subito terminantur, in his raches foliosæ, maxime vero ad eorum finem locantur, arcte & inordinate sibi junctæ, singulæ autem ad suum ortum geniculum gerunt, unde flexiliores sunt reliquis *Canarii ramis*: Sed squamæ illæ auriculatæ non adsunt, quæ in aliis *Canarii speciebus* observantur.

Folia formam habent *Canarii Barat*, sed sunt breviora & latiora, ab inferiore parte latissima, sensimque acuminata, venis quoque flavis pertexta, glabra, firma, intense viridia, maculisque plurimum notata, inferiora autem semper brevissima sunt, sex, septem, & novem digitos transversales longa, tres quatuorve lata: Sex, septem, & octo sæpe paria in una inveniuntur rachi opposita, cum extremo impari.

Hujus speciei varietas est, quæ non ultra tria quatuorve foliorum paria in una rachi gerit, quæ sunt paulo magis oblonga quam præcedentis, a quinque ad novem pollices longa, tresque lata: Utraque autem gerit vulgarem *Canarii characterem*, quod raches nempe ad primum secundumque foliorum par geniculatæ

byleggende Eilanden *Yanele*, dat is *Canari Lain*, als ofze bastaart *Canary* zeiden.

*Plaats.* Zy wasschen niet omtrent de woningen der menschen, of in bare Thuin, maar in 't afgelegene gebergte, en booge bosschen, en zyn bekend in alle Amboinsche Eilanden.

*Gebruik.* Deze vruchten werden van de menschen niet geacht, om datze te veel moeite kosten om op te kloppen, en de beest daar uit te halen, daar dan nog zo weinig aan is. Alleenlyk werdenze zomtyds tot plaizier gegeten, als men in 't Bosch is, en by geval onder deze boomen komt. De rest word voor de wilde Verkens gelaten, die daar zeer graag na zyn, om de zoetigheid der korrels. Zommige vergaderenze, en meften de Swynen t' huis daar mede.

De swarte *Dammar* uit den onderste stam druipende. *Dammar Itam Cring*, dat is *Dammara nigra friabilis* genaamt, daar menze in meenigte hebben kan, wert tot toorzen gebruikt, 't zy alleen, of met andere swarte *Dammar* gemengt, wanneerze ook beter brant, hoewelze veel lieftlyker van reuk is dan de gemeene swarte.

De stammen werden mede tot masten gebruikt, gelyk de voorgaande *Canary*, doch zo veel niet, om datze weiniger te vinden, en moeyelyker uit het gebergte te halen zyn.

### De negen-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het tweede wilde *Canari*, die *Nanari* genaamt wert; alwaar de Lett. A A. deszelfs Zaat-kerns verbeelden.

### AANMERKINGE.

De soorten van de *Canaries* werden van *Valentyn* in de beschryving van *Ambon* op pag. 212 vermeldt.

### IV. HOOFSTUK.

#### *De Ruikende Canari-Boom.*

**H**oewel alle *Canary* soorten een riekt bers of traan uitgeven, zo heb ik echter deze eigentlyke den naam van welriekende willen geven, om dat zyn bers, en inzonderheid de traan, onder alle *Canaris* de lieftlykste van reuk is. Het is mede een gants wilde en raare zoorte van *Canaris*, zelden te vinden, en niet meer dan bier en daar een boom in 't tweede gebergte.

Dit geslacht heeft verscheiden veranderingen, dewelke ik onder deze twee soorten bringe, de eerste de gladdæ, de tweede de ruige.

Eerstelyk *Canarium Odoriferum Leve*, in 't Duits gladdæ of witte *Canacoan*, gewint een veel hooger en grooter stam dan de naaftvoorgaande, zo dik dat hem dikmaals twee mannen omvaden moeten, met een witten of vaale schorsse, effen, doch met zommige punten bezet, die haar wat ruig maaken. De takken zyn knoestig, breeken kort af, en loopen aan haar voorste eind ook schielyk toe. Hier aan staan de telgen of blad-dragende ryskens, omtrent haar uitterste, digt achter malkander, en zonder order, hebbende ieder by zyn oorspronk een knietjen, waar door zy buigzamer zyn dan andere *Canary* takkens: doch hebben geen zints de ooren of schubben, dewelke men aan andere *Canary* soorten ziet.

De bladeren gelyken na die van *Canari Barat*, doch zyn korter en breeder, achter breedst, en allenskens toegespitst, ook met geele ribben doortogen, glad, styf, en boog-groen, meest met sproeten of plekken bezet, 6. 7. en 9. dwers vingers lank, 3. en 4. breed, zynde de achterste altyd de kortste; zy staan met 6. 7. en 8. paaren aan een rysken tegens malkander, met een voor uit alleen.

Men vind een verandering van deze zoorte, daar niet meer dan drie en vier paar bladeren aan een rysken staan, en zyn wat lankwerpiger dan de voorgaande, te weten, van vyf tot negen duimen lank, en drie breed, ook hebben zy beide het gemeene kenteeken van alle *Canaris*, te weten; dat de ryskens by het eerste en tweede paar bladeren







culatæ sint: Inter hæc raches ex ramis progerminant alii breves pedunculi, qui in racemis simplicibus capitula gerunt viridia, quæ sese in flores aperiunt, qui sunt irregulares ex tribus brevibus crassisque petalis constructi. Racemi hi floriferi non tantum in ramorum summo, more vulgaris Canarii, sed etiam inter & sub foliis progerminant.

Fructus similis est rotundo silvestri Canario, vel paulo magis rotundus est, in conum itidem desinens & trigonus, externe ex nigro viridis, rugosus, & fusco maculatus colore. Sub crasso putamine nux reconditur magnitudine parvi silvestris Canarii, rotunda, trigona, & superna parte plana, apice obtuso, hujus latera seu segmenta non sunt æqualia, sed rugosa, verruculis quasi seu characteribus certis notata, instar decorticatæ Nucis Juglandis. Ejus putamen est durum, crassum, in tres cellulas divisum, in quibus unus alterve locatur nucleus, saporis instar reliquorum Canariorum.

Quidam autem fructus oblongi sunt, nec characteribus istis notati, sed striati sunt; seu rugosi, quales Leytimorenses observantur.

Ex trunco duplex colligitur lachryma & resina, quæ enim ex summa ejus parte ramisque exsudat, est albicans, sicca, & fragilis, accedens quodammodo ad Dammaram Selan, quam Amboinenses quidam inperiti putant esse, maxima autem in eo consistit differentia, quod Dammara Selan inter dentes strideat, & in pulverem friabilis sit, omnes vero Camacoan species inter manducandum mollescant instar Thuris. Ex inferiore trunci parte lachryma exstillat ex ruffo, flavo, & nigro mixta colore, instar vulgaris Terebinthinæ, sique comprimatur, tenue exsudat Oleum odoratum & jucundum, sed non forte, in una vero arbore penetrantius est quam in altera, optimamque lachrymam fundunt tales arbores, quæ in ventosis collibus folique bene expositis locatæ sunt. In vetustioribus arboribus frusta & grumi inveniuntur Terebinthinæ nostræ vel Colophaniæ pallidæ similes, sed odore fere destituta sunt.

Alterum Canarium Odoriferum hirsutum seu Camacoan rugosum ramos gerit crassos, nodosos, obtuse desinentes, qui paucis constant firmis rachibus, calamo crassioribus, inæqualibus, angulosis, seu inferne rotundis, superne acuminatis, ad ortum amplum & flexile geniculum gerentibus, in quibus octo decemve foliorum paria locantur; in quibusdam impari extremo, ad quintum vero vel sextum par geniculum itidem occurrit, quod in binis inferioribus paribus plerumque decidit; folia hæc a sex ad novem pollices longa sunt, quatuor vel quinque digitos lata, brevibus crassisque infidentia petiolis, suntque crassa, firma, & sinuosa, quorum superior pars rugosa est instar pilosæ cutis Lamii piscis, inferior autem pars lanuginosa est & flavescens.

In Manipensi specie folia hæc sunt pilosiora, magisque pungentia, uti folia in variis arboribus forma, & magnitudine varia sunt, quæ peculiarem hinc non constituunt speciem. Ex foliorum alis racemus florifer progerminat, palmam vel spithamam longus, inque ipso flores parvi ex capitulis constantes prioribus similes.

Fructus in extensis dependent racemis instar Canariorum, digiti articulum circiter longi, pollicem crassius, superius acuminati, si sint juniores, rugosi admodum sunt, pilisque pungentibus obfiti, qui cutis pruritum excitant, ex rotundo trigoni. Noces internæ sunt majores quam Amboinensium fructuum, eleganter insculptæ & trigonæ. Putamen sub gluma exteriore videtur ex tribus segmentis compositum, quorum singulum latus ex uno formatur segmento, quod in extrema superficie & protuberante angulo puncta seu characteres gerit. Interior fructus pars est uti in superiore specie.

Racemi frugiferi ad ramulorum extremum progerminant ex plurimis compositi pedunculis, fructus autem ipsi ab utraque parte obtusi sunt. Ex ejus trunco gummi exstillat liquidum & mucosum, si incidatur, ruffum, & flavescens, quod, si comprimatur, Oleum exsudat, quo oleo incolæ capillos suos inungunt, quum non sit viscosum. Gummi hoc sensim efficcatur in obscure ruffam seu nigricantem resinam, quæ recens gratum spirat odorem, ad Ambram accedentem, sed

deren een knietjen of bogtjen hebben. Tusschen deze ryskens uit de takken komen voort andere korte steelen, die in ydele trosjes groene knopjes vertoonen, waar uit het bloeizel werd, zynde ongefatzoeneerde bloempjes, van drie korte en dikke blaadjes gemaakt; Deze bloeyende trosjes komen niet alleen aan 't voorste der takkens, na de manier van de gemeene Canaris, maar ook tusschen, en achter de bladeren.

De vrucht is gelyk die van de ronde wilde Canaris, of wel zo ront, en schieelyk toegescherpt, ook wat driekantig, van buiten uit den groenen swart, ruig, en met graauw bekleet. Onder een dikke bolster leid het nootjen, van grootte als kleine wilde Canaris, regt ront, driekantig, en na vooren breed, met een stompe spitz. De zyden zyn niet effen, maar wat ruig, als met eenige wratjes of characteren uitgegraveert, gelyk een geschildte Ocker-noot. De schaal is hard, dik, en binnen in drie kamertjes verdeelt, daar in twee a drie lankwerpige beeften leggen, van smaak als andere Canaris.

Zommige vruchten zyn lankwerpiger, hebben niet veel verhevene Characters, maar veel meer gestreept of rimpeelig, gelyk meest zyn die van Leitimor.

Uit den stam heeft men tweederlei traan en bers, want het geene uit de bovenste stam en takken komt, is witachtig, droog, en bryzelig, gelykende eenigzints na Dammara Selan, waar voor het zommige onervarene Amboineezen houden, doch het verschil bestaat meest daar in, dat de Dammara Selan tusschen de tanden knerst, en tot stof bryzelt, maar alle de soorten van Camacoan vallen in 't knauwen leenig, als wierook. Uit den onderste stam heeft men een gemengde traan van ros-geel, en swart, gelyk gemeene barpuijs, en zo men daar op drukt, zo sweeter een dun Oly uit, aangenaam en welriekend, doch niet sterk, maar in den eenen boom kragtiger dan in de andere, en geven wel de beste traan zodanige boomen, die op lugtige heuvels, en wel ter Zonne staan. Aan de oude boomen vind men klontertjes onze barpuijs, of bleeke Colofonie wel gelyk, doch die hebben weinig reuk meer.

De tweede Canarium Odoriferum Hirsutum, of het ruige Camacoan heeft dikke knoestige takken, van vooren stomp toelopende, met weinige styve ryskens rondom, dikker dan een schaft, en oneven, boekig, of onder rond, en boven met een scherpe rugge, by haar oorspronk een breed en buigzaame knie, daar aan 8. a 10. paren bladeren, aan zommige met een voor uit alleen, en by 't vyfde of zesde paar is mede een knietje, en de twee achterste paren vallen gemeenelyk af, zy zyn van zes tot negen duimen lank, vier en vyf vingers breed, op korte dikke voetjes, dik, styf, en wat bochtig, de bovenste zyde ruig, als een baye-wel, de onderste zyde wolachtig; en aldaar geel-groen.

Aan 't Manipeeze geslagte zynze baairiger en steekeliger, gelyk ook de bladeren aan diversche boomen, in grootte en gedaante van malkanderen wat verschillen; waar van echter geen byzondere zoorte te maken is. Uit den schoot der bladeren komt den bloeyenden tros voort, een hand of span lank, en daar aan het klein knopje van 't bloeizel, gelyk aan 't voorige.

De vruchten hangen aan uitgebreide troffen; als Canaris, schaars een lidt lang, en een duim dik, voren met een korte spitz, alsze jong zyn zeer ruig; en met steekelige en veele baairtjes bezet, die een jeuken op de buit maken, uit den ronden driezydig. De nootjens daar binnen zyn grooter dan van de Amboinsche, aardig gegraveert, en regt driekantig. De schaale onder de buitenste bolster slynt uit drie stukken t'zamen gezet te zyn, ieder stuk een zyde uitmakende, derwelke aan de buitenste vlakke, en uitsteekende ribbe, puntjes of characteren heeft. Het binnenste is gestelt als boven.

De vruchtdragende troffen komen aan 't einde der takjens voort, gemaakt van veele steelen; en de vruchten zyn achter en vooren stomp. Uit dezen stam druipen een weeke slymerige Gom, als men hem heeft, donker-ros en geel, daar Oly uit sweet, als men daar op drukt, met welken Oly de Inlanders de hoofft-baieren besmeeren, want 't niet kleverig is. 't Gom droogt metter tyd op, tot een donker-ros en swartachtig bers, 't weesche is lieflyk van reuk, na den Amber trekkende, maar komt zo

fed adeo rara ac pauca ex arbore exsudat, ut pro Dammara vix habeatur, neque colligatur; e contra ex priore levi specie grumi satis magni exstillant.

Optimam vero rugosâ speciei virtutem habet illud oleum, quod sponte ex hac arbore exstillat, cumque ista impura ac rara Dammara commixtum est. Hoc oleum jucundum admodum spirat odorem, proxime accedentem ad Balsamum occidentalem *Decopal* dictum, idem illud Oleum ex trunco in terram destillans sordidam format massam ex foliis, furfuribus, & terra commixtam, quæ gratum tamen præbet odorem, ita ut pro terra ex Ambra confecta haberetur, de qua infra ulterius.

*Nomen.* Primam speciem Latine voco *Canarium Odoriferum Leve*, nomen Malaicense ignotum est. Amboinense vero in Leytimora est *Camacoan*, quod generaliter odoratam denotat Dammaram: Hituenses, uti dictum est, erronee illam vocant *Caman Silan* seu Dammaram *Selan*, nisi credere velimus, hanc Dammaram proprie *Cama Silan* ab illis vocatam fuisse a Ceramæ parte Zephyrea, circa sinum Hayensem sita, quæ *Silan* dicitur, ubi hæ arbores crescunt.

Altera species vocatur *Canarium Odoriferum hirsutum*, in Leytimora vero eodem denominatur vocabulo quo præcedens, *Camacoan* nempe. In Waya Soë Weyer, in Manipa nota est nomine *Habumalosse*, h. e. porcorum crepitus, quum apri hos fructus avidè crepitu frangant.

*Locus.* Hæc arbor in montibus magnæ ac parvæ Amboinæ crescit sed admodum rara: Aliis adflare nolunt arboribus silvestribus, sed locum amant apricum, liberoque aëri expositum: Optimæ & copiosissimæ occurrunt in Manipa & Kelangha, atque frequentiores invenirentur, si incolæ ex hisce aliquem reditum haberent, quo ventrem suum implerent, vel lucrum facerent.

*Ufus.* Resina hæc optima esset pro facibus formandis, quæ ad quotidianum ac domesticum adhibentur usum, sed Dammara Batu in sufficienti quantitate adquiri potest; e contra hanc negligunt resinam, quum hæ arbores tam parce illam suppeditent, nec prius illam exstillent, quam ulnam crassæ sint.

Ceramenses isti Silanenses illam tamen ad faces adhibent, venduntque hanc aliquando Bandensibus: Aurifabri illa quoque utuntur Dammara, uti in aliis locis Dammara Selan dicta, vel Gummi lacca, quæ Malaicensibus *Ambalo* vocatur: Harum enim fumunt Dammaram in pulverem contritarum unam partem, binas autem partes contusorum Javanensium vasorum Gorgeletten dictorum, quæ ex certa terræ specie instar terræ sigillatæ componuntur, miscetque illa cum Calappæ lymphæ in crassam pastam, supra quam lamellas aureas tenuissimas trahunt, in quibus dein ferreis typis varias formant figuras, continue massam illam calefacientes, si nimis indurescat. Hac similive massa impleta sunt capitula pugionum, armillæ, & capitula aureorum torquium, quæ forma serpentum vel draconum efformantur, sine hac autem massa repletoria omnes figuræ cito perirent ob tenuissimas lamellas, ex quibus componuntur. In re medica hætenus nullum habet usum.

Altera seu rugosa species plus daret utilitatis, si meliora ac plura cum ea instituerentur experimenta: Ejus autem fructus seu Canarii non colliguntur, quum ipsorum nuclei sint adeo parvi, sed illos apris relinquunt, unde & memoratum accepit nomen. Optatum vero esset, ejus oleum separari posse ab impura & fragili Dammara, cum qua mixtum & inquinatum est, vel copiosius ex arbore exstillare, tum oleum haberemus odoratum, quod cum Balsamo quodam Indico, ac præsertim cum illo *Copal* dicto, comparari posset; Cortex quoque ebullitione excoctus crassiorem forte exhiberet substantiam *Liquidambaro* convenientem, cujus experimentum nondum potui instituere, quum arbores tam raro occurrant: Incolæ autem neque hoc oleum, neque resinam in aliquem colligunt usum, quum tam pauca exstillent copia, oleumque frustra exstillat ac depluit in terram suppositam, quod foridibus, scoriis, ac terra commixtum est, cui gratum instar Ambaræ conciliat odorem, si terra hoc oleo imprægnata effodiatur, Solique exponatur ardenti, parva odorati hujus olei quantitas supernatât, quo mulierculæ Amboinenses suum inungunt caput, quum

non

schaars uit den boom, dat men bet voor geen Dammar rekent, en ook niet vergadert; daar en tegen uit de voorgaande gladde zoorte komen redelyke groote klonteren.

De beste deugd in deze ruige zoorte is het Oly, 't welk van zelfs uit den boom loopt, en met de voornoemde vuile en scharste Dammer vermengt is. Dezen Oly is van een zonderlinge aangename geur, zeer na by komende by den West-Indische balzem, Decopal bygenaamt. Den zelven Oly uit de stam in den ondergelegenen grond druipende, maakt daar van een ongezien modder, van bladeren, stoppelen, en aarde, doch zeer aangenaam van reuk, dat men bet voor een Amber-aarde zoude houden, waar van hier na breeder.

Naam. De eerste zoorte noemen wy in 't Latyn Canarium Odoriferum Leve, de Maleysche naam is onbekent: Den Amboinschen op Leytimor is Camacoan, 't welk in 't generaal welriekende Dammar beduit. De Hitueezen, als gezegt, noemenze abuzivelyk Caman Silan, of Dammar Selan. Ten ware men wilde gissen, datze de Dammar eigentlyk Cama Silan genoemt hebben, na Cerams zuidelykste zyde, omtrent de bocht van Haya; 't welk Silan genaamt werd, alwaar deze boomen groeyen.

De tweede zoorte biet Canarium Odoriferum hirsutum, op Leytimor heeft bet dezelve naam met bet voorgaande, te weten Camacoan. Op Way Soë Weyer: Op Manipa isze bekend met de naam van Hahumalosse, dat is Verkens kraakzel, dewyl de wilde Swynen deze vruchten gaarn opkraaken.

Plaats. Men vindt deze boom, doch zeer schaars, in 't gebergte van groot en klein Amboina. Zy willen onder andere Wout-boomen niet staan, maar hier en daar alleen, daar bet luchtig is. De beste en meeste vindt men op Manipa, en Kelangh, en men zouder wel meer opdoen, zo de Inlanders iets daar van hadden, daarze de buik mede vullen, of profyt mede doen konden.

Gebruik. Dit bers zoude bequamer zyn om toortzen van te maken, die men dagelys in huis gebruikt, dande Dammar Batu kan men in genoegzaame quantiteit bekomen; daar en tegen wordenze nu meest verlaaten, om dat de boomen zo weinig uitgeven, en dat niet eerder, voor datze een vadem in de ronte dik zyn.

De voornoemde Cerammers van Silan gebruikenze echter tot branden, en verkoopenze zomtyds aan de Inwoonders van Banda: Zo gebruiken ook de Gout-smeeden deze Dammar, gelyke op andere plaatzen met de Dammar Selan, of met Gummi lacca (by de Maleyers Ambalo genaamt) doen, want zy neemen een van deze Cammars tot poeder gewreeven, en daar van twee deelen gestampte Javaneische Gorgeletten, die van een zeker aarde (als Terra Sigillata) gemaakt werden, een deel, en vermengen zulks met Calappus-melk tot een dikken deeg, daar over zy dan dunne goude blikken slaan, en daar na met yfere stempeltjes alderbande figuren daar in dryven, telkens de massa een weinig warm makende, alsze te bart word. Met deze of diergelyke massa dan ziet men uitgevult de hoofden van baare pongjaarden of kritzen, armringen, en hoofden van baare goude balsbanden, dieze in de gedaante van Slangen of Draaken maken, en zonder dit uitvulzel zouden alle figuren metter haast bederven, wegens de dunte van 't blik, waar vanze gemaakt zyn. In de Medicyne is bet tot nog toe onbekend.

Van de tweede of ruige zoorte zoude men meerder nuttigheid hebben, indien bet beter onderzocht wierde. De vruchten of Canaris vergaderen de menschen niet, om dat te weinig pits daar in is, maar laten dezelve voor de wilde Verkens, waar van bet den bovenstaanden naam heeft. Maar bet was te wenschen dat men den Oly konde afzonderen van de vuile en brokkelige Dammar, waar mede bet vermengt is, of dat bet wat rykelyker uit den boom wilde tranen, zo zoude men welriekende Oly hebben, dewelke met den eenen of anderen West-Indischen balzem, inzonderheid met die van Copal, zoude konnen vergeleeken worden: Ook zoude men misschien door opkoking van de bast een dikker substantie kunnen hebben, met bet Liquidambar te vergelyken, bet welk ik tot nog toe niet heb konnen onderzoeken, wegens de schaarsheid der boomen. Nu werd nog Oly, nog bers van de Inlanders vergadert tot eenig gebruik, om dat bet zo schaars uitkomt, en den Oly druipet voor niet in den ondergelegenen gront, daar bet zig met stoppelen, vuilgeit, en aarde vermengt, en dezelve een aangename Amber-reuk geeft, als men dezelve modderige aarde uitgraft, en in de beete Zonne stelt, zo komt een klein gedeelte van dien wel-



non fit viscosum, ac cito exsiccat. Quod autem cum pura & sicca commixtum est terra, in oclulis oclulis diu conservari potest, ut gratum istum fervet odorem. Talisque terra Ambra hacce inprægnata ex Manipa mihi transmissa est, cum relatione naturalem istius terræ esse odorem, quæque pura penitus erat. Ulteriore autem indagine compertum fuit, binas Canarii species hanc habere naturam, ut ex inferiore trunci parte subtile exsudarent oleum, quod in subiectum depluens solum, hoc inprægnabat odore.

Primum optimumque exstillat ex Canario hirsuto, quod subiectam terram tali Ambarato inluit odore, ita ut pro certo concludere quis possit, veram Ambram ipsi esse mixtam, vel Ambram ibi ortum suum habere, licet semper aliquid Balsami istius Occidentalis videatur adesse: Hæc addo non tantum ad ulteriorem investigationem, sed etiam ut verosimilitas relationis cuiusdam elucescat, quam natio nostra, insulam Mauritii inhabitans, transmissit gubernatori Joanni Maatzuyker, in illa nempe insula arbores crescere ingentes vastasque, quarum trunci ac radices gummi quoddam exstillant atque exsudent, adeo Ambram griseam referens, ejusque spirans odorem, ut concluderent, omnem Ambram griseam ex talibus provenire arboribus, uti infra ad *Nanarium minimum* ulterius de eo agetur. Ex illo enim secunda Ambra terra colligitur, quam primo optimam esse putabam, dum fortissimum spirat odorem, ulteriore autem investigatione expertus fui, illam sub Canario hirsuto collectam multo jucundior em esse, primumque itaque jure & merito obtinet locum. An itaque hinc concludere liceat Ambram nullum alium habere ortum, nisi ex talibus arboribus? de hoc ulterius in subsequente agetur capite.

Verosimile esse, oleosam hanc resinam virtutem habere balsamicam vel consolidantem, ex hac concluderem relatione. Incolæ enim dicunt, apros sub hisce arboribus lubenter sese continere, non tantum ad nuces frangendas, sed observatum quoque fuit, hos fortiter ac magna vi sese ad arbores hasce defricare, ut oleum illud ex cortice expriment, illoque se inungant, præsertim quum vulnerati sint, unde colligitur, apros hoc oleo ejusque resina uti tanquam balsamo vulnerario.

Butonenses, qui populi sunt avari & fallaces, peregrinis vendunt certam resinam, cum Camacoan magnam habentem convenientiam, sed purior est, inque majores condensata grumos: Semi-pellucida est, atque in quibusdam maculis ex viridi nigrescit instar vitri lagenarii, in quibusdam vero flavescit vel albicat instar in puri visci bovini vel Gummi Elemi, cui substantia & duritie similis est, facile enim in ramenta dissilit & comminuitur, si contundatur vel mordeatur, e contra vero Elemi mitius est. Debilius quoque est ejus odor, immo fere inodora est hæc resina, carbonibusque inposita, dulcem spirat tantum odorem, qui mox in nidorem degenerat, masticata quoque est insipida: Butonenses illam vocant, venduntque pro *Ambra Montana*, hominibus persuadentes illam sub terra sese invenire; ex adherentibus vero scoriiis patet ex arbore destillavisse, ac cum ipsius cortice, aliisque fordibus terræ esse commixtam, ulteriore vero indagatione comperi, Butonensem hanc Dammaram resinam esse alius arboris, quæ in Boerneo Rowayl vocatur, cujus descriptionem vide supra in capite *Pseudo-Sandali Amboinensis lib. 2. cap. 20. datam.*

Alia insuper resina nomine Dammaræ Selanensis ad me delata est ex sinu *Elipa Puti* in Ceramæ parte Zephyrea quoque sito, quæ gleba erat palmam longa & lata, ex plurimis albicantibus pellucidisque grumis instar squamarum composita & adunata, albæ Dammaræ similis, sed viscosa magis erat, scoriiisque corticis commixta, carbonibus inposita stridet instar Dammaræ Selanensis, odorem vero spirabat Dammaræ Camacoan, puto autem eandem cum Dammaræ Selanensi esse, atque ex juniore arbore collectam.

In insulis Uliasterensibus Canarium odoratum invenitur, quod Canarium seu *Yalanassoy* vocatur, h. e. Canarium orbum, quum hæ arbores tam raro occurrant, & tanquam orbæ relictæ hinc inde in montibus solitariae crescant & inveniantur: Hoc autem nomen binis diver-

welriekende Oly boven op dryven, waar mede de Amboinsche Vrouwetjes haare hoofden besmeeren, want bet is niet kleverig, en droogt haast op. Het geene met de zuivere en drooge aarde gemengt, kan men in besloote potjes lang bewaren, dat den goeden reuk daar by blyft. En zulke Amber-aarde wierd my van Manipa gezonden, met voorgeven, dat bet de natuurlyke reuk van dien grond was, te meer also 't een zuivere aarde was: Doch na veel onderzoekens wierd bevonden, dat twee Canary zoorten die natuur hadden, datze uit den ondersten stam een subtile Oly lieten druipen, bet welk den ondergelegen grond zodanigen reuk geeft.

Het eerste en beste komt van dit Canarium Hirsutum, 't welk zyn ondergelegen grond zodanigen Ambar-reuk mededeelt, dat men voor vast zoude konnengelooven, dat daar Ambar onder gemengt was, of den Ambar moest aldaar zyn oorspronk hebben, hoewel nog altyd iets van den West-Indischen balzem-reuk daar onder loopt. Ik zette dit hier by, niet alleen tot nader onderzoek, maar ook om de waarfchynlykheid te vertoonen van zeekeer verbaal, daar onze Natie op bet Eiland Mauritius residerende, aan de Heer Generaal Joan Maatfuiker gezonden, dat op 't zelve Eiland zeekeere groote boomen wasschen, wiens stam en wortelen eenig Gom uitsweeten, zo wel na Ambergrys riekende, en gelykende, datze justineerden, al bet Ambargrys van diergelyke boomen te komen, gelyk hier na in 't *Nanarium minimum* daar van breeder zal gezegt werden. Want uit bet zelve komt de tweede Ambar-aarde, die ik in 't eerste voor de beste hield, dewylze de sterkste van reuk is, doch by nader onderzoek bevond ik, dat die onder bet Canarium Hirsutum veel aangenaamer was, en dierhalven den eersten plaats beoorde te hebben. Of men nu hier uit besluiten mag, dat den Ambar geen anderen oorspronk hebbe, dan uit zodanige boomen, daar van zal breeder in 't volgende Kapittel gesproken werden.

Dat bet nu waarfchynelyk zy, dat dezen Olyachtigen traan een balzem of beelende kragt aan zig hebbe, zoud ik hier uit besluiten, dewyl na bet verbaal der Inlanders de wilde Verkens zig gaarn onder deze boomen ophouden, niet alleen om de nooten op te kraaken, maar men heeft ook gezien, datze haer sterkelyk tegens dien boom wryven, om dien Oly uit de fchorffe te perzen, en zig daar mede te besmeeren, inzonderheid alsze gequetst zyn, waar uit men gist, dat de Verkens dezen traan voor baaren wondbalzem gebruiken.

De Boetonders, zynde een gierig en bedrieglyk volk, verkoopen aan de vreemdelingen een zeker bers, met de Camacoan groote gelykenisse bebbende, doch zuiverder, en in grooter stukken. Het is half-doorfchynend, aan sommige plekken uit den groenen swart, als bottel-glas, aan sommige geel of witachtig, gelyk vuilen Ofschen-lym of Gummi Elemi, bet zelve aan substantie en hardigheid niet ongelyk, want bet bryfelt, en springt kort af, als men daar op slaat of byt, daar en tegen bet Elemi leniger is. Het is ook slapper, ja bykans zonder merkelyken reuk, alleen op de koolen riekt bet eerst wat zoet, maar trekt straks na gebraden vet, gekauwt zynde zonder smaak; de Boetonders noemen, en verkoopen bet voor Ambra Montana, of Berg-Amber, de Luiden wysmakende dat zy bet onder de aarde vinden, dat bet noch tans uit de aanklevende stoppelen blykt, dat bet uit een boom gedropen zy, en zig met deszelfs fchorffe of andere vuiligheid van den grond gemengt hebbe; doch by nader onderzoek boude ik deze Boetonsche Dammar voor een Resina van een andere boom, op Boero Rowayl genaamt, waar van ziet hier boven bet capittel van *Pseudo-Sandalum Amboinicum lib. 2. cap. 20. beschreeven.*

Nog is my een bers onder den naam van Dammar Selan gebragt, uit de bogt van *Elipa Puti*, mede op Cerams Zuid-zyde gelegen, 't welk was een klomp van een band lank en breed, van veele witte, meest doorfchynende stukjes, als schilferen aan malkander klevende gemaakt, de witte Dammar gelyk, doch kleveriger, en met stoppelen van de fchorffe vermengt, op koolen knerftze als Dammar Selan, van reuk, als de Dammar Camacoan, en ik meende dat bet de zelfde Dammar Selan, en van een jongen boom genomen was.

In de Uliasters hebbenze een welriekende Canari, dieze Canary of *Yalanassoy* noemen, dat is Wees-kints Canary, om dat de boomen zo weinig gevonden werden, en als verlatene weezen hier of daar in 't gebergte alleen staan, doch ik bewinde dezen naam aan tweederlei boomen gege-